puluis inuenitur albiſſimus: ꝛ cum continuatur pul
uis reſultat coꝛpus album micans: ſicut margarita:
quod contingit ex verberatione luminis ad ſuperfi/
cies partium politarum: pꝛopter quod lapis dicitur
aliquantulū lucere in tenebris ſicut noctiluca. Jn die
enim tegitur lux que eſt incoꝛpoꝛata diaphano in la
pide pꝛopter maius lumen: ſed in nocte lucet: ꝛ ideo
in die lapis ille albus videtur ſicut noctiluca. Hoꝛū
aūt omniū perfecta ratio tradi habet in ſciētia de ſen
ſibilium generatione. Jnuenit aūt lapis multoꝝ val
de coloꝝ: pꝛopter qō etiā pāthera vocat cuius oēs
coloꝛes cauſant ex diuerſis ſubſtantȷs ex quib' cō/
ponunt partes: eadē enī ratio eſt in toto ꝛ in pte quo
ad coꝛpoꝛis tincturā. Tanta igit ꝛ tot ad ſcientiā co
loꝛū qui inueniunt in lapidibus pcioſis dicta ſunt
Ametiſtus autē ſequit rubinū in perſpicuo obſcuro.
Et calcedonius ſequit berillum in ſubſtantia quaſi ꝑ
ſpicua lutea ꝛ feculenta ſicut plumbū imitat argētū.

Cap. iȷ. tractatus ſecundi de coloꝛib' lapidū per/
ſpicuoꝝ non terminatoꝝ ꝛ non precioſoꝝ.

Lapides autem hi qui perſpicue ꝛ nō termi
nate inueniuntur ſubſtantie multoꝛum val/
de ſunt coloꝛum: ꝛ ſunt quattuoꝛ generū vt
in cōmuni ſit dicere: ſilices videlz thophi ꝛ quadrū
ꝛ marmoꝛ. Jn omnibus his generibus inueniuntur
coloꝛes multi niger: videlicet glaucus virens aliquā
tulum ꝛ albus. Extra genus autem marmoꝛum vis
rubeus magnus lapis ſed paruuli rubei inueniuntur
precipue in marmoꝛū generibus. Et de omnibus ge
neribus coloꝛum eadem eſt ratio que in precedenti/
bus dicta eſt: ſed hoc accidit generib' marmoꝛum ꝙ
abſtracte ab eis partes micāt aliquātulū ſicut metal
lis mixte ſint. Et hoc contingit hac de cauſa ꝙ in ſub
ſtantia eoꝝ cōmixtū ingredit perſpicuū: cuius ſupfi
cies quādo eſt inſpiſſata in partib' fulget vel micat.
Et hec vna cauſaꝝ eſt quare ē nobilius genus mar/
moꝝ ceteris generibus lapidū. Niger aūt frequēter
in tali genere lapidū cauſat ex terreſtri fuliginoſo cō
mixto coagulato. Albus aūt ex terreſtri ſubtiliſſimo
qō cōmixtū eſt aqueo multo hoc enī albeſcit deco/
ctum ſicut facit terreſtre in caſeo ꝛ lacte. Glaucus
aūt cauſat ex terreſtri opaco qō alterauit modicū al
bū qō ex terreſtri ſubtili ꝛ aqueo multo coagulari ce
pit. Virens autem in omni genere cauſat ex multo
aqueo vapoꝛib' ſimul irroꝛantib' immixto ꝛ ſic co/
agulato. Guttaꝝ autē genus eſt habens plures vel
oēs has mixtiōes in partibus pꝛopter multi generis
materias in loco illo cōgregatas. Thophi autem
frequenter aut terrei ſunt coloꝛis aut albi ſicut pumi
ces. Hoc enim genus lapidis ex terra in qua ſpumat
aqua eidem terre commixta generatur: ꝛ ideo cum
calido coagulatum eſt digeſtione que opteſis voca/
tur: ſpongioſum ꝛ leue inuenitur Pumex autem ſit
ex aqua magna cuius ſpuma vehementer paſſa eſt a
terreſtri ſibi permixto: ꝛ ideo eſt albus pꝛopter ſpu/
me talis albedinem. Jn generibus autem marmoꝛū
album quod vocatur alabauſtrum abſq omni am/
biguitate componitur ex multo perſpicuo quod eſt
alteratum ꝛ paſſum vehementer a terreſtri ſubtili: ꝛ
ſic reſultat in eo coloꝛ nobiliſſimus micans: hoc au/
tem quod vocatur poꝛfiricū marmoꝛ habet coloꝛē
obſcure carnis cū albis guttulis ꝛ nos iam diximus
cām talis coloꝛis. Silices v̄o vt plurimū ſūt fuſci co
loꝛis cui' etiā cā eſt ſufficiēter aſſignata. Sufficiat
ergo de coloꝛib' lapidū hoc qō nūc dictū eſt.

Capitulum

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

Cap. iiij. de cā duriciei diuerſe que ē in lapidibus.

d Icemus conſequēter de diuerſitate duriciei que multaꝝ diuerſitatuꝫ inuenitur in lapidibus. Omnia.n.genera lapidū ꝓcioſorum adeo ſunt dura ꝙ nec lima aliquid ab eis tollitur qō colliſi ad ſe fortiter vt ad calibem induratā emittūt igneꝫ. Econtra vero fere omne genus thophi ita inuenitur paruꝫ habēs de duricie ꝙ modico inſtrumēto inſenſibile ē: lapides aūt quidā albi qui vulgarit̄ creta vocant̄: ꝛ quidam ēt mollioꝛes ꝛ albioꝛes inueniuntur minus habentes de duricie in gn̄e lapidū. Omne aūt genus ſilicis duriſſimum eſt: ꝛ poſt hec marmoꝛa in genere ſuo. Quadrum aūt mediū eſt in duricie lapiduꝫ ꝛ tamē in illo inuenitur maioꝛ ꝛ minoꝛ duricies ſed hoc accidit cōiter lapidibus durioribus qui diu iacētes in aere tēpoꝛe frigoꝛis poſtea ad ſolem ſcinduntur in multas partes. Econtra aūt qui ſunt minꝰ duri niſi ſint male cōmixti quaſi in modum calcis cōbuſti obteſi coagulante quāto diutius in aere iacent in edificijs melioꝛes efficiunt̄ ꝛ duriores: ꝛ non ſcinduntur ex frigoꝛe. Phiſici aūt ē aſſignare cām hoꝛuꝫ accidentiuꝫ ex materia ꝛ efficiēte quēadmodū in alijs dictū eſt. Dicamus igit̄ ꝙ cā gn̄alis duriciei eſt ſiccitas. Cum.n.duruꝫ ſit habens potentiā naturalē ad reſiſtendū tangenti: ꝛ molle eiꝰ nature habeat impotentiā: nō pōt cauſari niſi ex ſicco quod in ſeipſo ſtat non cedens ad alterū. Siccitas aūt ex duobus cauſatur in natura lapidū: ſicut ſuperius patuit. Aut enim eſt ex hoc ꝙ ex terreſtri mā caliduꝫ epotauit humidū: ꝛ ideo remanſit terre induratū. Aut eſt ex hoc ꝙ ſiccitas frigidiſſima vehementer apprehēdit humiduꝫ perſpicuū ꝛ ipſum ad ſui ꝓprietatem conuertendo expreſſit humiduꝫ: materiā vehemēter comprimendo ꝛ indurauit ꝛ excellenter cōpegit: ſicut eſt in lapidibus ꝑſpicuis: propter quod duriſſimi ſunt: ꝛ colliſi ēt ignem emittunt ꝛ non ſuſtinent limam: ſed opoꝛtet ꝙ quaſi laſpādo ꝛ confricando poliantur. In ceteris aūt lapidibꝰ ex materia terre factis cā duriciei maioꝛis non eſt niſi maioꝛ ariditas q̄ cauſata eſt ex calido foꝛtioꝛi vel minus foꝛti ex parte efficiēcientis ꝛ ex humido facilius ꝛ minus faciliter a mā ſeparabili q̄tum eſt de parte materie: vnctuoſum.n.valde humidū de facili continuatur: ꝛ omnino aqueū de facili vapoꝛat: propter quod lapides qui ſunt vt creta: vel mollioꝛes q̄ creta: valde albi ſunt: ꝛ tincturā albam relinquūt in his que tangunt: pro certo humido valde euapoꝛabili cōmixti ſunt: ꝛ calido excellēti vltra coagulationis menſuraꝫ combuſti ſunt: ꝛ iam calcinari inceperunt: propter quod in muris non remanent: q2 ſicco calcinato exterius ſemper ſunt aſperi ꝛ hoc recedēſ in cementi tenacitateꝫ relinquit aliā partē lapidis cemento non conglutinataꝫ: ꝛ ideo cadūt de muris lapides iſti: ꝛ murus de ipſis poſt modicū tēpus efficitur ſicut maceria. Silices aūt duriſſimi ſunt: eo ꝙ humidū eoꝝ non ſeparabile a mā multū eſt epotatū: ꝛ vehemēti ariditate terreſtri eſt induratum. Et ideo ēt illi cementū non bene accipiūt: eo ꝙ poꝛis eorum cōſtrictis non imbibitur: propterqō in archithectonicis lathomi his raro vtuntur: ꝛ dicunt ꝙ iſti lapides ſcindunt muros. Marmoꝝ autē genera alia optime cōmixta ſunt: ꝛ vehemēter decocta ꝛ iō dura ſunt ꝛ eoꝝ muris apta. Sed quadri lapides pluſ ceteris ꝯueniunt edificijs: ꝛ quando vehementer duri ſunt: tunc ſiccitas eſt eoꝝ magna ꝛ paruū humidum continuans partes: quod quando frigoꝛe congelatur relinquit exterioꝛes partes ꝛ fugit ad īterioꝛes: ꝛ eſt tale humidū nō bene partibus incoꝛpoꝛatū: ꝛ ideo de facili mouetur ad interioꝛa ꝛ exterioꝛa: propterqō poſtq̄ ipſuꝫ frigus comprimens mobile fecit: epotatur a proximo calido ſolis: ꝛ tunc in diuerſa diuiditur lapis. Econtra aūt lapides aliquātulū humidi humido bene mēbris lapidis inuiſcato in aere vehemēter exiccantur: ꝛ ideo durioꝛes ꝛ melioꝛes in edificijs per longitudinem tēpoꝛis efficiuntur. In thophis aūt cā mollicici eſt humidū non vehemēter extractū nec terreo excellēter cōmixtuꝫ: ꝛ ideo mollis eſt thophus: ꝛ ad ignem poſitus nō coquitur vt later ſed foꝛmatur in cinerem terreſtrē. Hec igitur de duricie lapiduꝫ dicta ſunt ex his.n. ꝛ alie diuerſitates de facili poſſunt cognoſci.

Cap. v. de dolabilitate ꝛ idolabilitate lapiduꝫ.

e X iſtis iaꝫ patere poteſt dolabilitatis ꝛ indolabilitatis cauſa. Lapides eniꝫ excellenter duri dolabiles non ſunt: ſed cōminuibiles in parua: ꝛ quādo oꝛdinatos non habent poꝛos nō ſcindunt̄ ad regulaꝫ. Sicut.n. in lignis contingit nodoſitas ex diuerſo fluxu ſicci ex quo ligni gn̄atur coꝛpus. Ita contingit ex diuerſa cōmixtione in lapidibus ꝛ materie ꝯfuſione: ꝛ nodoſitas illa facit ꝙ lapis inoꝛdinate frangatur ꝛ non ad regulā: duriſſimi tamen ꝛ ſicciſſimi lapides ſiue nodoſi ſint ſiue non: cōminuibiles ſunt magis q̄ dolabiles: eo ꝙ conſtrictione aut opteſi conſtricti ꝛ diſtricti ſint poꝛi in illis ita ꝙ in diuerſa dematur ſciſſura ꝛ diuiſio ipſoꝛuꝫ. Quicūqꝫ autē non vltra tēperamētū lapidis ſunt cōſtricti vel indurati dolabiles bn̄ ſunt ꝛ ſecabiles ad regulā: lꝫ non poſſint ſecari vt ligna: ſed potius per partes minutatiꝫ extractas reliquo coꝛpoꝛe lapidis ſimul manente. Iſte igitur eſt modus dolabilitatis ꝛ indolabilitatis lapidis. Hoc etiā oſtendunt ipſa artis lathomoꝝ inſtrumēta: lathomi enī lapides dolabiles dolant ad regulā ſm totā ſuperficieꝫ lapidis. Indolabiles qui cōminuibiles ſunt non in tota ſupficie dolantur: ſed ſufficit ꝙ plures anguli non plane ſed aſpere ſuperficiei pertingant ad lineā: ſicut dn̄r facere lathomi leſbij: eo ꝙ in leſbia inſula non niſi lapides cōminuibiles inueniuntur.

Cap. vj. de cauſa poroſitatis ꝛ cōpactionis lapidū ꝛ grauitatis ꝛ leuitatis eorūdem.

i Uxta hunc moduꝫ ēt determinatur de cauſa poroſitatis lapidum ꝛ cauſa cōpactiōis eorūdē. Inueniuntur eniꝫ lapides quidam tante poroſitatis ꝙ natant ſuper aquā: ſicut lapides quos eijcit vulcanus: ꝛ pumices qdā cōpactiſſimi inueniunt̄ ſicut lapides ꝓcioſi ꝛ marmoꝝ gn̄a: qdā aūt quaſi medij inueniunt̄ īter hec. Et cā qdē poroſitatis nō ē alia niſi q2 hūidū nō totū cōmixtū fuit cū terreſtri: ſꝫ in diuerſis ptibꝰ eiꝰ ſtetit: ſic in vaſe qō cū epotatū fuit opteſi remāſerūt foramicta: ꝛ factꝰ ē lapis poroſus: ꝑꝑ icluſuꝫ aerē in foramibꝰ illis natās ſup aquā. Cōpactio āt ꝓcipue fcā ptiū ē ab hūido vndiqꝫ penetrāte lapidis māꝫ: ꝑꝑqō quālꝫ ptē eiꝰ fluere fac ad quālꝫ ptē: ꝛ iō cōpactꝰ factꝰ ē lapis: h āt hūidū ē coꝛpale ꝛ aqueū: aut ſpūale aut aereū. Et q2 aereū ſubtiliꝰ ē q̄ aqueū: iō cōpactioꝛis ſbe ſūt lapideſ ex vapoꝛibꝰ cōmixti q̄ ex alia ſba aquea vel terrea. De cā āt grauitatis aut leuitatis lapidū ſupfluū ē h itēdē cū ō h in ō celo ꝛ mūdo ſufficiēnt ſit ptractatū vbi oñſuꝫ ē q̄re lapides leuioꝛes ſub aq̄ merguntur: cū ligna grauioꝛa ſupnatant aquis. Hec igitur in cōmuni de lapidibus dicta ſunt.

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

Capl'm.vij.de cauſa multitudinis paruoꝝ la/
pidum iuxta littora ⁊ de ordine laterum qui aliquã
do in littoribus quaſi artificialiter poſiti inueniunt.

PReter omnia iam dicta accidit aliquando
iuxta ripas fluuioꝝ ⁊ mariũ inueniri mul/
titudinẽ magnaꝫ paruoꝝ lapidum colliga
toꝝ q̃ſi cemento fortiſſimo ac ſi de muro aliquo ſũ/
pti ſint ꝓpter qḋ etiaꝫ putãt quidã opa antiquorum
fuiſſe ibi ⁊ deſtructa ꝑ aquaꝫ. Et ꝙ mirabilius eſt ꝑ
totã longitudinẽ littoris iuenitur aliquãdo ordo la/
teruꝫ ac ſi artificialiter ibi poſiti ſint: cũ tñ h̓ non vi/
deatur eſſe opus artis: eo ꝙ valde tenue eſt: nõ hñs
modũ muri alicuius: ſed tñ later iuxta laterẽ ſic ni/
hil ſupra ſe vel infra ſe de lateribus. Dico aũt ꝙ
cã prio int iſta duo videlꝫ ꝙ lapides pui q̃ſi cemẽto
iueniunt cõglutinati ẽ ꝙ prio coagulati fuerũt illi ſi/
lices diuerſi: ⁊ fuit i loco illo mã ad modũ calcis adu
ſta ꝑ opteſim: cui poſtea in aqua cõmuſcuit cã: ⁊ la/
pides per eandẽ iterato decocti cõglutinati ſunt.
Eſt aũt duriſſimuꝫ illud cemẽtũ: qꝛ quociẽſcunqꝫ de
quoquit opteſi ſiccũ terreſtre calcinat ⁊ iterato op/
teſi ſupra moduꝫ duꝝ efficit quaſi incõſũptibile per
igneꝫ. Hoc aũt in operibus probatur artis vbi teſta
cõtrita ⁊ calcinata ⁊ iteꝝ humido cõmixta in teſtaꝫ
formata ⁊ optheſi coagulata duriſſima efficit ⁊ in/
ꝯſumptibilis ab igne: ꝓpter qḋ talit facta vaſa q̃rũt
artifices cũ fundũt metalla. Nõ eſt aũt cã alia q̃re la
teres ab arte tñ ẽt nõ a nã fieri dicant. Si eni lutũ te
nax in terra cõmiſceat ⁊ calido poſtea icluſo in ter
ra decoquit: later melior fit in terra ꝑ nãm q̃ ꝑ arteꝫ
⁊ h̓ maxime iuxta littora mariũ ⁊ ripas fluuioꝝ fie
ri põt: eo ꝙ illa loca humida freque̓ter miſcent: ⁊ ra
dijs ſolis caleſiũt ⁊ ſolida ſunt ad cõtinendũ ĩtra ca
lorem ne euaporet. In talibus etiaꝫ ſolis locis hu/
iuſmodi impreſſio inuenitur. Non enim eſſet ra//
tio quare ars vnum latereꝫ poneret iuxta aliũ ſm
vnius linee ordinem tñ nihil amplius edificãdo.

Capitulum octauũ de quibuſdã lapidib' hñti/
bus intus ⁊ extra effigies aĩalium.

ADmirabile omnibus videt ꝙ aliquando
lapides inueniunt intra ⁊ extra habentes
effigies animaliũ. Extra eni habent linea/
menta ⁊ quando frangunt inueniuntur in eis figure
inteſtinoꝝ. Et huius cãm dicit Auicenna eſſe ꝙ ani
malia ſm ſe tota aliquando mutantur in lapides ⁊
precipue in lapides ſalſos. Dicit enim ꝙ ſicut terra
⁊ aqua ſunt materia lapiduꝫ: ita etiaꝫ mã lapidum
ſunt animalia: que cum in locis in quibus vis ſpirat
lapidificatiua: trãſeunt ad elementa ⁊ apprehendun
tur a qualitatum ꝓprietatibus: que ſunt in illis locis
⁊ mutantur elemẽta que ſunt in corporibus talium
animaliuꝫ in dominans elementuꝫ terreſtre: videli/
cet cõmixtuꝫ cuꝫ aqueo ⁊ tunc virtus mineralis con
uertit ipſuꝫ in lapideꝫ ⁊ retinent figuras ſuas mem/
bra intus ⁊ extra ſicut prius: ſunt autem hmõi lapi
des ſalſi non duri frequenter: quia oportet virtuteꝫ
eſſe forteꝫ que ſic tranſmutat corpora animalium ⁊
hoc comburit aliquantulum terreſtre in humido ⁊
ſic generat ſalis ſaporem. Hoc autem teſtatur fabu/
la gorgonis que ad ſe reſpiciẽtes dicitur conuertiſſe
in lapides. Gorgon virtuteꝫ fortem mineraliuꝫ vo/
cauerunt: reſpectum aũt ad eaꝫ vocant diſpoſitionẽ
humorum corporuꝫ ad virtuteꝫ lapidificatiuam.
Hec igitur ſunt que de lapidibus in communi vide
bantur dicenda.

Incipit liber ſecundus q̃ eſt de lapidib' precioſis.

Capitulum primum de cauſis virtutum lapidũ
precioſorum ⁊ redargutione dicentium in lapidibus
non eſſe virtutes.

COnſiderationẽ aũt facie
tes de lapidibus precio
ſis nõ loquemur de cau
ſa coloris eorum. Neqꝫ
de paſſibilitate eorũ vel
duricie vel aliquo hu/
iuſmodi: eo ꝙ de omni/
bus his in ſuperiori li/
bro expeditum eſt: quã/
tũ ſufficit ad hãc intẽtio
nẽ: ſꝫ tria ſũ q̃ potiſſime
ſũt inueſtigãda: virtutis eorũ cauſa videlicet ⁊ deſcri
ptio eoruꝫ ſigillatim ⁊ ſigilla que inueniuntur in qui
buſdam eorum depicta. His tribus habitis non que
rimus amplius phiſice ſcire de lapidum natura.
Cauſa autem virtutis lapidum occulta eſt valde ⁊
varia in ea ſenſiſſe videntur multi phiſiologorum.
Multi etiam dubitare videntur an inſit lapidib' vir
tus aliqua de his que videntur eſſe in eis: ſicut cura/
re antraces: fugare venena: conciliare corda homi/
num: facere victorias: ⁊ huiuſmodi aſſerentes nihil
ineſſe compoſito niſi ex compoſitione ⁊ compoſitis
Operatio enim talis qualis dicitur ineſſe lapidibus
non cauſatur ex componentibus eoſdeꝫ. Ex illis eni
non conuenit eis niſi calidum ⁊ humidum ⁊ durum
⁊ paſſibile eſſe ⁊ huiuſmodi que in antecedentibus
determinata ſũt. Ampli' aũt cũ nobiliora ſint ani
mata q̃ lapides deberent vt inquiunt potius habere
virtutes que lapidibus attribuuntur q̃ lapides. His
igitur ⁊ huiuſmodi rationib' vtuntur qui nullas cõ/
cedũt lapides virtutes habere. Huius autẽ cõtra/
rium expertũ eſt ſapientiſſime: quoniam magnetem
videmus ferrum attrahere: ⁊ adamanteꝫ illã virtutẽ
in magnete reſtringẽ. Adhuc ãt exptũ ẽ ſaphiros ali
quos ãtraces fugare: ⁊ vnũ tale vidim' ocl'is noſtris
h̓ ẽt ab oĩb' vulgatũ ẽ: ⁊ nõ põt eẽ q̃n i toto vel i pte
ſit veꝝ qḋ ab oĩb' cõiter ẽ dictũ. Fuerũt aũt aliq̃ q̃ ẽt
virtutes ſpãles lapidib' dabãt: ⁊ h̓ ab aĩa lapidũ eẽ
dicebãt: ⁊ ſũt q̃dã pythagoricoꝝ: hi eni dicũt ſolius
aĩe eſſe h̓: ⁊ nõ in vna mã tñ ſꝫ ab vna extẽdi in aliã
ꝑ opatiões aĩales: ſicut hõ ad itelligibilia extẽdit in/
tellectũ etiã imaginationẽ ad imaginabilia. Et h̓ mõ
dicunt animaꝫ vnius hominis vel alterius animalis
egredi ⁊ ingredi in alterũ: ⁊ faſcinare ipm ⁊ impedi/
re operationes ipſius ꝓpter qḋ precipiũt in operatio
nibus cauere ⁊ declinare oculum faſcinantẽ. Et hoc
etiã modo dicunt quidã augures impedimentũ ⁊ ꝑ/
fectum operationũ fieri viſu ⁊ auditu auiũ quarũdã
vel aliaꝝ beſtiaꝝ. Iſti g̃ tales dãt aĩas lapidib' ⁊ ip
ſas extẽdi ad naturas q̃ lapidib' attribuũt. Scho
la aũt pythagoricoꝝ quã in multis ſecut' ẽ. Demo
crit': q̃ lapides aĩas hẽre dixit: oĩa plena dijs eẽ dog
matizat: ſic i carmib' ſuis poſtea cecinit. Orphe'.n.
dicebat deos vtutes diuias i reb' diffuſas: deũ ẽt ni/
hil aliḋ eẽ niſi illḋ qḋ res format i oĩb' reb' diffuſuꝫ.
In lapidib' g̃ dicebat ptẽ diuinã eẽ quã lapidũ aĩam
dicebat eſſe extendentẽ ſe ad res circa quas operat:
hec aũt abſurdiſſima ſũt. Et de faſcinatõe q̃dẽ an ve
rũ ſit an nõ ad magicas ptinet deinde aũt deũ eẽ dif/
fuſũ in reb' ita ꝙ reb' ſit vnitus ⁊ ꝑmixt' ſicut aliqua
virtus

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

virtus eſſentialis rebus: dementis eſt dicere: qm̃ ſi cõ
miſcet reb⁹ erit gñabilis in qbuſdã reb⁹ ꝛ exiens de
nõ eẽ ad eẽ ꝛ õ potẽtia ad actũ que oĩa impoſſibile
eſt deo conuenire: quãlibet aũt rem habere aliquid
diuinũ per quod appetit ꝛ agit ad eſſe diuinum: vel
diuino ſiľe eſt verum ꝛ aľibi hoc eſt determinatum.
Animas aũt nullas habere lapides in antecedenti/
bus huius libri determinatum eſt: propter qđ etiaꝫ
hec ꝛ his ſimilia quaſi deriſoria relinquentes dica/
mus lapides abſqꝫ omni ambiguitate virtutes mi/
rabilium effectuũ habere: que quidem virtutes ĩſũt
eiſdem non ex componentibus ſed compoſitum cõ
ſequũtur ex cauſa quã infra determinabimus. Nec
ẽ verũ ꝙ has virtutes animata potius habere debe
ant quare ſicut eſt in omni re nãli ꝙ res occupata al
tioribus virtutibus abſtrahitur ꝛ impeditur ab infe
rioribus. Cui⁹ ſignum eſt ꝙ intellectualia ſicut ho/
mines non bñ percipiunt imutationes elꝛorum: quẽ
admodum bruta: ſicut pulli diuerſitates horarũ ꝛ
temporũ melius iudicant ꝙ̃ homines. Et homo ipe
quando occupat meditando non operat per viſum
ꝛ auditum: ita qđ non percipit ea que ſunt ante ocu
los. Sicut igitur eſt in tota natura ꝙ etiaꝫ animata
altioribus virtutibus anime occupata non operant
virtutibus inferioribus nobilibus quibus cõmixta
non animata operant. Nihil tamen eſt in vniuerſa
nã qđ nõ hẽat propriam ſue ſpecici operationem: ſi/
cut ſcamonea coleraꝫ purgare ꝛ alia hmõi: hoc aũt
in ſimplicibus probatur medicinis: ꝛ in ſcĩa de incã
tatione ꝛ alligatione vbi oſtendit mẽbra diuerſorũ
animalium: aut collo: aut coxe: aut alijs membro cor
poris hominis alligata mirabiles operari effectus.
Idem eſt de herbis radicibus ꝛ lignis. Sed ipe car
nes hominũ: ꝛ quod minus videt ſuperfluitas ſicca
egeſta ab homine ꝛ ſtercus lupoꝝ mirabiles cõtra
venenũ vel alias peſtes habent operationes: ꝓpter
qđ ꝛ lapides proculdubio opationes habere con/
ſtat aut omnes aut fere omnes licet in pluribus ſint
ignote operationes eorum. Et ideo dicit Joannes
damaſcenus ꝙ nulla res deſtituit a propria ꝛ ſubſtã
tiali opatione. Riſibile eni eſſet valde ꝙ diceremus
qualitates primas vehementes habere opationes
ꝛ formas ſubſtantiales ipſis rebus vt fines nature
datos: ſicut diuinũ ꝛ optimũ omnino nullas habere
operationes: licet non ſint actiue ꝛ paſſiue ad tranſ/
mutandum mãm cum ſint operatiue operationis il
lius que illi perfecto conuenit: qđ nã perficit ꝑ illud
diuinũ ꝛ optimum.

Cap. ij. de quatuor opinionibus phoꝝ circa cãm
virtutum lapidum.

Q Ueſitũ aũt eſt multo tempore a philoſo/
phis ex qua cã tales virtutes infundunt la
pidibus ꝛ diuerſas opiniones recitare diſ
pendiũ eſſet. Tangamus igit quatuor ꝓbabiles: ꝛ
poſtea noſtrã dicamus ſentẽtiam deinde per rõnem
confirmem⁹ eandẽ. Quidã aũt dixerũt ab elemẽtis
cõponẽtib⁹ lapides tales ineſſe virtutes. Quibus cũ
obijcit elta non operari niſi qualitatibus primis: ꝛ
opatiões lapidũ ad qualitates primas non poſſe re
duci. Reſpondẽt elta quaſdã habere operatiões ꝑ
ſe: quaſdã aũt in mixto: q: in mixto qualitas eltaris
operat mota ſicut inſtrumentũ: ꝛ tunc habet multa
opari que ꝑ ſe non opatur. Et iõ ſicut ad aliã virtutẽ
nõ reducitur alteratio cibi ꝛ eleuatio ꝛ mutatio ad
carnẽ niſi ad calorem digeſtiuũ quẽ ſcimus eſſe calo
rẽ ignis: ꝛ ꝙ ꝯgregat hõgenea ꝛ diſgregat etheroge
nea ſic dem̃ ẽ in ſcđo methcoroꝝ. Ita dicũt iſti ꝛ nõ
alij virtuti ꝙ̃ eltari eſſe attribuendũ qđ ſit in eltato:
eo ꝙ eltatum non opatur niſi mediante virtute elto
rum que ſunt in ipſo. Hec ergo eſt opinio quorũdaꝫ
antiquoꝝ phorum quã Alexander grecus ꝑipathe
ticus defendere videtur: eo ꝙ ipſe omnia quecunqꝫ
ſunt: ſiue ſint animata ſiue nõ eltis attribuit. Ita etiã
ꝙ dicit intellectũ eſſe quoddã eltorum cõplexionẽꝫ
ꝯſequens. Ipſa. n. elta cum cõplexa ſunt mirabilioꝝ
ꝛ altiſſimaꝝ dicit eſſe opationũ. Uirtutẽ aũt que in
cõmixto regit ꝛ dirigit qlitates eltales: nõ dic eẽ niſi
cõplexionẽ ꝑntem ꝛ hanc mirabilẽ aſſerit eẽ: ꝛ pro/
bat per opera alchimie in quibus ſimplicia paꝝ ꝓ/
ſunt: ꝛ cũ complexa fuerint admirabiles valde red/
dunt effectus. Hec aũt opinio Platoni non placuit:
qui oĩa inferiora dicit eſſe ydeata a ſupiorib⁹ ydeis
quas ſepatas ꝛ mire potẽtie eẽ dicebat. Ille. eni ſunt
que generant quicqđ gñatur vt aſſerit. Dicit aũt ꝙ
ea que ſeparatoꝝ maiorẽ accipiunt ſĩlitudinem ꝛ in
quib⁹ ſepata minus imergunt materie eſſe virtutes
mirabiles in opatione ſimili opationi ydee ſepate.
Opationẽ ydee ſepate eẽ dic opari trãſmutãdo ꝛ al
terando mãm gñabilium ꝛ corruptibilium. In qui/
bus ergo reb⁹ minus mergitur ydea materie in his
adhuc poſtꝙ̃ incorporata eſt mirabiles res operari
non ceſſat: ꝛ ſic dicit eſſe in lapidibus precioſis ꝛ in
alijs multis rebus nãlib⁹. Probationem aũt huiuſ/
modi ſententie nõ quidem ex Platone: ſed ex Pla/
tonicis ſicut ab Apulegio ꝛ quibuſdam alijs colle/
gimus: dicentibus ꝙ ſubiecto mortaliũ reꝝ ꝛ defun
cto hoc quidẽ qđ imortale ẽ in rebus mirabilia ope
rari non ceſſat. Dicunt etiã iſti ꝙ ſi operatiões iſte
elemẽtis attribuerent: ſicut quidã dixerunt pythago
rici: aut elementorũ cõplexioni: ꝙ tunc ſicut cõple/
xio eſt vnica ita operatio lapidis eẽt vna. Nũc aũt
multas videmus. Adhuc autẽ ſiue qualitas eltalis
operet per ſe: ſiue in cõplexo nõ operant qualitates
elemẽtales niſi tranſmutãdo mãm quã afficiunt nul
la aũt tali tranſmutatiõe facta ſubſtãtie vident ope
rari lapides precioſi: propter qđ etiam alicuius ſepa
rati principij videt eſſe operatio iſtorũ. Hec igit eſt
opinio platonicoꝝ. Hermes aũt ꝛ quidam ſequa
ces eius indoꝝ plurimi multa ꝛ vniuerſali virtute
differẽtes dicebant omnium inferiorum virtutes eẽ
in ſtellis ꝛ imaginibus celorum. Omnes aũt virtu/
tes iſũdi in iferiorib⁹ oib⁹ ꝑ circulũ alaur qm̃ primũ
circulũ imaginũ celeſtiũ eẽ dicebãt: has aũt virtutes
dſcẽdere in res nature nobilr ꝛ ignobilr. Nobiliter
aũt quãdo materie recipiẽtes has virtutes fuerint
ſuperioribus magis ſimiles in lumine ꝛ perſpicuita
te. Ignobiliter autem quando materie fuerint confu
ſe ꝛ feculẽte in qua quaſi opprimitur virtus celeſtis
Hanc igitur cauſam iſti dicunt quoniam lapides ꝑ/
cioſi pre alijs habent mirabiles virtutes quia vide/
licet in ſubſtantia magis ſimilantur ſuperioribus ꝛ
in lumine ꝛ perſpicuitate: propter quod a quibuſdã
eorum: ſtelle elementales eſſe dicuntur lapides pre/
cioſi. In ſuperioribus enim vt inquiunt quaſi quatu
or colores inueniuntur: qui etiam frequentiores ſũt
in lapidib⁹ precioſis. Quoꝝ vnus eſt orbis nõ ſtel/
lati qui ab omnibus dicitur ſaphirus ꝛ hunc colorẽ
primo habꝫ ſaphirus ꝛ denominat. Participãt au/
tem ipſum poſterius alij quidam lapides. Secũ/
dus autẽ eſt qui eſt plurimum ſtellarum ꝛ eſt ille ꝙ

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

vocatur lux candens ⁊ albeſcēs: ⁊ hunc colorez ha
bet dyamas ⁊ berillus ⁊ multi alioꝝ. Tertius eſt
qui vocatur igneſcēs ⁊ rutilās qui eſt in ſole ⁊ mar/
te ⁊ in quibuſdaz alijs ⁊ hunc pꝛimo q̃dem accipit
carbūculus: ⁊ poſtea palachius ſiue palacius ⁊ gra
natus ⁊ q̃dam alij. Jdcoq́ȝ dicunt carbūculum nobi
liſſimuz ⁊ vl̃iter habentez virtutez omniū alioꝝ la
piduz: qꝛ ſol cuius virtutē ſimilē accipit nobilioꝛ eſt
oībus virtutibus celeſtibus: ⁊ ē ſua virtus vl̃is dās
lucem oībus celeſtibus ⁊ virtutē. Quartus aūt ē
rubeus obſcurus taz in ſtellis q̃ꝫ in q̃buſdaz alijs lu
ne māſionibus inuentus ⁊ hic inuenit in lapidibus
habentibus obſcuras nubes ſicut in calcidonio ame
tiſto: ⁊ aliquando in ſmaragdo: ⁊ in q̃buſdam alijs
ꝓpter hoc ⁊ hmōi dicta talem iſti induxerūt opinio
nem. Auicēna aūt ⁊ q̃dam alij ſequentes eundez di/
xerunt in oībus naturis q̃dam aliquando apparere
ꝓdigia ex imaginatione ſuperioꝝ motoꝝ. Conten/
dit enī hic philoſophus intelligētias que mouent oꝛ/
bes nequaq̃ꝫ poſſe intendere particularez motum
hunc vel illū: niſi per appꝛehenſionez aliquā parti/
culariuz: ⁊ hanc appꝛehenſionez dicit imaginationē
equiuocare ſeu equiuoce vocari ad imaginē q̄ pars
eſt anime ſenſibilis in aīalibus. Pꝛactice aūt omnia
q̄ fiūt vt inquit pꝛeexiſtunt in ꝯceptionibus motoꝝ
ſtellaꝝ ⁊ oꝛbiū. Adhuc aūt talem inquit eſſe obedi
entiaz totius materie generabiliū ad motoꝛez qua/
lis eſt obediētia noſtri coꝛpoꝛis ad noſtras animas
Nos aūt in nobis ſentimus q̄ꝫ ad quācūq́ȝ foꝛmā cō
cepimus mouetur coꝛpus noſtruz delectabiliter vel
hoꝛrēdo vel fugiendo. Sic igit dicit frequēter diuer
ſa cōcipere animas celeſtiuz ⁊ tunc māim moueri ꝑ
obedientiā ad illud ex hoc eſſe q̄ꝫ diuerſas virtutes
generata accipiunt que nos cōplexionales vocamꝰ
⁊ maxime lapides in q̃bus eſt cōmixtio: pꝛima faci
lius mota ad imaginationē hmōi q̃ꝫ alia in quibus
eſt maioꝛ diuerſitas ꝓpter anime opera que infun/
duntur illi. Hec igit dicta ſunt ab Auicēna ⁊ ſequēti
bus euz: vt videt accipi in q̃buſdaz dictis ſuis q̄ de
magicis ⁊ alchimicis cōpoſuit.

Caplm̄. tertium de impꝛobatione dictarum opi
nionum.

Dicta vō Alexandri peripatetici conueniē/
tia ideo nō ſunt qꝛ ſcimus q̄ꝫ licet quodli/
bet calidū ſimplex ⁊ calidum cōmixtū di/
uerſas habet opationes: tamē conueniunt in genere
congregandi vȝ homogenea ⁊ etherogenea. Jdem
aūt dicimus de frigido humido ⁊ ſicco. Operatiōes
aūt lapidū nec in genere nec in ſpecie cōueniunt: cuȝ
ſimpliciū operatione: ſed magis pꝛodigioſe ⁊ mira
biles eſſe vident. Adhuc aūt male dictuz eſt nihil di
rigere ⁊ infoꝛmare qualitates elementoꝝ niſi ipām
mixtionez ⁊ cōplexionez. Sic enī nō opoꝛtet eē ſpe
cies ⁊ foꝛma alia niſi cōplexio quod falſuz eſſe oſtē
ſum eſt: ⁊ oſtendet a nobis in libꝛo de anima ⁊ ī phi
loſophia pꝛima: ꝓpter virtutes eniȝ lapiduz nō cō/
plexionales nec elementales: pꝛeomnibus magici
vtuntur lapidibus pꝛecioſis taz in anulis q̃ꝫ in cete/
ris imaginibus quoꝝ effectus eſt mirabilis: ꝓpter h̄
aūt ⁊ hmōi falſificatur dictū Alexandri. Quod au/
tem dicit Plato de ydeis a multis incōuenienter di/
ctum eſſe oſtenſuz eſt: ⁊ nos de h̄ alibi diſputabimuſ
qꝛ negotiū de ydeis maioꝛis eſt egens inquiſitionis:
q̃ꝫ ſit ꝓpoſitū negotiū in quo ſumus. Sed licet h̄ ſup
ponatur nō eſſe ydeas alias foꝛmantes generatiua
neq́ȝ aliquid immoꝛtalium in coꝛpoꝛibus moꝛtalibꝰ
⁊ coꝛruptibilibus: qꝛ coꝛruptis his nil manet coꝝ q̄
ſunt in ipſis: nec eſt reſolutio cōmixtoꝝ in elemēta ⁊
ydeas: ſed potius ſolum in elementa ex quibꝰ cōpo/
nunt. Si ponerent aūt eſſe huiuſmodi ydee inutiles
eſſent: eo q̄ꝫ nō ꝓpoꝛtionarent materie nec ꝯtingerent
eā: nec tranſmutarent. Oīa enī talia vident eſſe in ma
teria ipſa ⁊ nō ſeparari ab ea. Per hec igit ⁊ his ſi/
milia dictū Platonis impꝛobat: oībus tamē antiq̄s
pꝛobabilius dixit Hermes de cauſa virtutis lapidū:
qꝛ ſcimus pꝛo ꝯſtanti oīum inferioꝝ virtutes a ſupe
rioꝛibuſ deſcendere. Superioꝛa enī ſubſtātia ⁊ lumi
ne ⁊ ſitu ⁊ motu ⁊ figura influūt in inferioꝛibus oēs
nobiles virtutes que ſunt in ipſis: tamē hoc dictū im
perfectuȝ eſt in phiſicis licet foꝛte in aſtronomicis ⁊
magicis eſſet ſufficiēs qꝛ in phiſicis dicit cauſa que
eſt in materia operans: talis autez eſt elemētalis: aut
qualitates elementoꝝ ꝓut ſūt in cōmixto vel foꝛma
ſubſtantialis tales complexiones cōſequens. Docet
enī Ptolomeus in libꝛo q̄ alarba dicit. effectus ſtel/
larū ideo eſſe diuerſos ⁊ incertos: qꝛ in inferioꝛibus
in fluxu ꝓueniūt ad ipſa ꝑ aliud: ⁊ per accidēs. Per
aliud quidē qꝛ ꝑ virtutes elemētales que infoꝛmant.
Per accidēs aūt qm̄ nō perueniūt ad inferioꝛa niſi ꝑ
eſſe vniuerſale qđ incōfuſum ⁊ incertarū diſpoſitio/
nū eſt: eo q̄ꝫ aliquādo materia eſt receptibilis virtu/
tis celeſtis aliquādo nequaquā ⁊ aliquādo recipit eā
ſm̄ parū aliquādo ſm̄ multū ⁊ hoc ignoꝛātes multi
qui diuinant in aſtris ſepe mentiunt ⁊ abhominabi/
lē ſuis mēdacijs faciunt ſcientiā cuȝ ſit bona ⁊ vtilis
valde. Que aūt Auicē. de ꝓdigijs dicit ꝓdigioſa
eſſe vident. Nō enī imaginatio pōt aliquo modo in/
telligentijs celeſtibꝰ ꝯuenire: niſi enī ſunt cōceptiōes
tales in eis que motu celi ⁊ elemētalibꝰ qualitatibus
nō explicent eo q̄ꝫ nihil eſt inoꝛdinatū in eis: hoc au/
tē alibi oſtēdet qꝛ multa opoꝛtet permitti ſed hec cō
uenienter deberēt oſtendi. Sed hoc ſufficit q̄ꝫ in phiſi
cis ⁊ in celo ⁊ mūdo perfecte de talibꝰ dictū eſt quā/
tū permiſit cōſideratio phiſica. Jntellectus enī pꝛa/
ctici ſunt ⁊ ꝑ ſe foꝛmales ad opus nature quos cele/
ſtis motus explicant ſicut inſtrumentū. Nec vnq̃ꝫ cō
ceptio aliqua eſt in motoꝛe niſi talis. Unde aūt eſt q̄ꝫ
intendit hūc vel illū in parte dictū eſt in celo ⁊ mun/
do ſufficiēter aūt in pꝛima phīa hȝ determinari.

Ca. iiij. de vera cauſa virtutis lapidū pꝛecioſoꝝ.

Refutatis igit oībus his dicimus cū ꝯſtanti/
no ⁊ alijs quibuſdā q̄ꝫ virtus lapidis cauſa
tur ab ipſa lapidis ſpecie ⁊ foꝛma ſubſtan/
tiali. Sunt aūt quedā virtutes mixtoꝝ miſcibilia ha
bentes pꝛo cauſa quedā aūt ipſam ſpeciē. Et hoc cla
rius videtur in his que melius alijs ſpecificata ⁊ foꝛ
mata ſunt ſicut eſt homo q̄ operatiōe qua homo eſt
habet intelligere que ex nullo cauſat cōplexionante
Jdē aūt eſt in bꝛutis ⁊ in vegetabilibus ſicut pꝛobat
in ethicis ita q̄ꝫ oīs rei pꝛopꝛia eſt operatio ⁊ ꝓpꝛiuȝ
bonū ſm̄ ſpeciē qua foꝛmat ⁊ perficit in eſſe natura/
li. Huiuſmodi aūt ſpeciei inſtrumēta ſunt oīa cōple/
xionantia eo q̄ꝫ ipſa ꝯtinet oīa ⁊ ipſa nō exiſtēte coꝛ
rumpit ⁊ diſſoluit cōplexionatū. Foꝛma enī cōtinet
materiā ſicut diuinū ⁊ optimū illius ⁊ nō cōtinet ab
ipſa nec deſiderat materia in natura qꝛ ſui nō indige
tur niſi ad eſſe indiuidui ⁊ nō ad eſſe diuinū. Hec au
tē in libꝛo de intellectu ⁊ intelligibili ⁊ in pꝛima phi/
loſophia clarius elucidabunt. Foꝛma igit iſta inter
duo eſt hec inter celeſtes virtutes a quibꝰ dat ⁊ ſuꝑ
materiam

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

materiam complexionatam cui infunditur. Si ergo
in ſe conſideretur ipſa eſt eſſentia ſimplex vnius tm̄
operatiua q̄ocūq3 eſt illud q̄ vnius eſt tm̄ efficē vnū
⁊ ab vnico eſt vnicum ſicut tradit tota vniuerſitas
pho͛rum. Si aūt hec forma conſideretur vt eſt vir/
tutibus celeſtibus primo multiplicatis per ſuperio/
res ⁊ inferiores: ⁊ omnes imagines ⁊ circulos quos
duodecim ſigna cū ſtellis ſuis diſtribuūt ſup orizon
tem rei illius cui influitur forma: ⁊ ſcđo ſcđm q̄ ad
eam operantem ſunt virtutes elementales erit ipſa
forma multiplex valde ſcđm potētias naturales ſu
as que circūſtant eſſentiam ſuam ſimplicē: ⁊ ſic mul
torum efficientium erit effectiua: lʒ forte vnicam ha
beat propriam operationem. Non enim poteſt dici
virtutes cauſarum per aliquid non manere in effecti
bus. Et hoc eſt q̄ fere omnes res non ad vnicam tā
tum ſed ad multa valet quando ſue ſciantur opera
tiōes. Comparata vero ad illud cuius ē forma hoc
eſt ad materiā eſt potentior ⁊ impotentior: ſcđm q̄d
bene dixit hermes. Et hac de cauſa lapides eiuſdeʒ
ſpeciei inueniuntur potentiores ⁊ minus potentes ī
effectibus ſuis: forte etiā inueniuntur aliqui nullum
omnino ſpeciei habere effectum propter confuſio/
nem materie: ſicut homo nullam habet operationē
humanam ſm̄ q̄ eſt homo: lʒ enim ſpecies ſm̄ ratio
nem non participetur ſcđm magis ⁊ minus: ſm̄ ta/
men eſſe ⁊ principium actionum ſcđm magis ⁊ mi/
nus ineſſe videmus ſpēm fere omnibus rebus. Et
ideo in his que ſpēm conſequuntur virtutibus inue/
niuntur efficatiores res vel minus efficaces: vel om
nino impoſſibiles ad operationes que fiunt per vir
tutes ſpēm ſm̄ naturam conſequētes. Eſt ad memo
riam hoc reuocandum que in ſcđo metheororuʒ di
ximus lapidum ſpecies ad indiuidua quodāmodo
eſſe mortalia: ſicut ⁊ homines ⁊ extra loca gn̄atio/
tionis ſue diu contenti corrumpuntur: ⁊ non niſi eq̄/
uoce retinent nomen ſpeciei: lʒ in figura ⁊ colore eo
rum hoc non niſi per longiſſimum tempus poſſit de
prehendi. Et ſicut in animalium factura ⁊ in cōple/
xione aliquando tanta eſt diſcraſia q̄ animaʒ homi
nis non attingit ſed ſolum qualēcūq3 hominis figu/
ram. Ita etiam eſt in lapidum generatione: aut pro/
pter inordinationem materie aut propter vehemen
tiſſimas virtutes celeſtium in contrarium mouētes
ſicut diximus in ſcđo noſtro ꝑ phiſicorum. Hec igi/
tur ⁊ tanta de virtutibus lapidū dicta ſūt in cōi ⁊c̄.

Tractatus ſecūdus libri ſecūdi de lapidibus no/
minatis ⁊ eorum virtutibus.

Cap. j. de lapidibus incipientibus ab. a.

ſ Upponamus aūt nomina precipuoꝝ
lapidum: ⁊ virtutes ſcđm q̄ ad nos
aut per experimentum: aut ex ſcriptu
ris auctorum deuenerunt. Non autem
omnia que de eis dicuntur referemus:
eo q̄ ad ſciam non prodeſt. Scientie enim naturalis
non eſt ſimpl'r narrata accipere: ſed in rebus natura
libus inquirere cauſas. Ut aūt in latina lingua cōpe
tentius ordo ſeruetur ſm̄ ordinem alphabeti proſe/
quamur nomina lapidum ⁊ virtutes eorum eo mo/
do quo mos eſt medicis deſcribere ſimplices medi/
cinas. In primo capitulo ergo ab. a. incipiētes no
uem famoſi apud philoſophos inueniuntur lapides
Abeſton vʒ Abſintus: Adamas: Agates: Alabandi
na Alecteri⁹: Amādin⁹: Ametiſtus ⁊ Andromāta.

Abeſton aūt coloris eſt ferrei qui ſcđm plurimuʒ
in arabia inuenitur: cuius virtus mirabilis narratur
⁊ in templis deorum eſt manifeſta: eo q̄ ſemel accē/
ſus vix vnq̄ poterit extingui eo q̄d naturam habet
lanuginis que vocatur pluma ſalamandre cum mo/
dico humido vnctuoſo pingui inſeparabili ab ipſo
⁊ illud fouet ignem accenſum in ipſo.

Adamas aūt ſicut ſuperius fecimus mentionem
lapis eſt duriſſimus: parum criſtallo obſcurior: co/
loris tm̄ lucidi fulgentis adeo ſolidus vt neq3 igne
neq3 ferro molleſcat vel ſoluatur. Soluitur tamen
⁊ molleſcit ſanguine ⁊ carne yrci: precipue ſi yrcus
aliquādiu ante biberit vinum ⁊ petroſilium vel ſi/
ler montanum comederit: q2 talis yrci ſanguis etiaʒ
ad frangendum lapidem in veſica valet infirmis de
calculo. Soluitur ēt lapis iſte q̄d mirabili⁹ videtur
plumbo propter multum argentum viuum q̄ eſt in
ipſo. Hic autem lapis penetrat ferrum ⁊ ceteras gē/
mas omnes preter calibem in quo retinetur. Nō tra
hit autem ferrum eo q̄ ſit proprius locus generatio
nis eius vt quidam mendoſe dixerunt. Maior autē
quantitas iſtius lapidis ad hoc inuenta eſt magnitu
do auellane. Naſcitur autem in arabia ⁊ cipro ſm̄
plurimuʒ. Sed cyprus eſt magis mollis ⁊ obſcur⁹.
Et q̄ mirabile videtur multis hic lapis quando ma
gneti ſuperponitur ligat magnetem ⁊ non permittit
ipſum ferrum trahere. Maior aūt virtus eius eſt in
auro vel argento vel calibe. Dicuntq3 magis q̄ la/
certo ſiniſtro alligatus valet contra hoſtes ⁊ inſani/
am: ⁊ indomitas beſtias: ⁊ feros homines ⁊ contra
iurgia ⁊ rixas: ⁊ contra venena ⁊ incurſus fantaſma
tum ⁊ incuborum. Hunc aūt lapidem dyamanteʒ ēt
quidam vocant: etiā quidā ferrū attrahere mētiunt.

Abſinthus eſt de genere gēmarum coloris nigri
rubeis virgulis: ⁊ aliquando guttulis. Huius autem
virtus videtur eſſe imitans abeſtinum: abſintus eniʒ
permanet calidus per ſeptem dies vel amplius ꝑꝑ
eandeʒ cām que dicta eſt de abeſtino lapide.

Agathes autem lapis eſt niger cū albis venis: ⁊
quodāmodo iſtius ſpeciei lapidis inuenitur ali⁹ mo
dus eiuſdem ſpeciei qui eſt ſimilis corallo. Et ter
tium genus q̄d ſm̄ plurimum in creta inſula naſcitur
quod hʒ in nigro venas croceas. Et quartum genus
indicum eſt varium quaſi ſanguineis guttis reſper/
ſum. Et primum quidem genus aptū eſt ad formas
que lapidibus inſculpuntur propter q̄d plurimi la/
pides habentes capita regum inſculpta nigri ſunt: ⁊
cum iacet ad caput dormientis fertur oſtēdere mul/
ta ſimulacra ſomniorum. Tertium aūt genus quod
creticum eſt facit vt ait Auicēna vincere pericula ⁊
vires confert corporibus gratum ⁊ placentem facit
vt dicit Euax rex arabum: ⁊ perſuaſorem ⁊ coloris
boni facit hominem ⁊ facundum ⁊ munit eum con
tra aduerſa. Genus aūt indicum viſum fouet ⁊ va/
let ꝯ ſitim ⁊ venenum. Cum aūt accenditur odoriſe
rum eſt valde.

Alabandina a loco in quo ſm̄ plurimum genera
tur ſic vocatur hoc ē ab epheſo que alabandina vo
catur alio nomine: eſt autem ruborem habens fulgē
tem ⁊ eſt lapis clarus fere vt ſardinus.

Alecterius eſt gemma que vocatur lapis galli ⁊
eſt albus nitens criſtallo obſcuro ſimilis. Extrahit
aūt ex ventriculo gallinacij poſtq̄ fuerit vltra quar
tum annum: ⁊ quidam dicunt q̄ poſt nonum extrabi
tur ⁊ eſt melior qui extrahitur gallo decrepito. Ma
xima aūt huius quantitas ē inuēta accedere ad q̄ti/



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

tatem fabe. Uirtus aũt eius eſt excitare venerẽ gra/
tum ⁊ conſtantem victorem ⁊ diſcretum facere: ora/
toriam tribuit facultatem: amicos conciliat ⁊ tentus
ſub lingua ſitim extinguit vel reprimit ⁊ hoc vltimũ
expertum eſt.

Amandinus võ gemma eſt coloris varij: dicit ãt
euates ꝙ venenum omne aut extinguit aut reprimit
⁊ vincere facit aduerſarios ⁊ prophetiam ⁊ interp̃/
tationem ſomnioꝝ facit itelligi ⁊ etiã enigmatũ.

Ametiſtus eſt gemma multũ cõis ⁊ non eſt: qua/
re coloris purpurei ⁊ tranſparentie aliquantulũ ob/
ſcure: ⁊ inueniuntur in iſta ſpecie multe differẽtie ſed
quinq; ſunt magis note per differentias obſcuritatis
omnes accepte. Naſcitur aũt in hac ſpẽ in india. Eſt
aũt melior ad ſculpendum eo ꝙ alijs eſt minus du/
rus. Operatur aũt contra ebrietatem vt dicit Aarõ:
⁊ facit vigilem ⁊ malas reprimit cogitationes: ⁊ bo/
num in ſcibilibus confert intellectum.

Andromanta lapis ẽ colore argentei qui ſm plu/
rimum in mari rubro naſcitur: ⁊ eſt aut quadratus
vt teſſera: ⁊ durus ſicut adamas. Uirtutem habꝫ cõ/
tra furorem ⁊ facilem animi concitationem: ⁊ triſti/
ciam ⁊ grauitatem.

Cap. ij. de incipientibus. a. littera que dicitur. b.

b Alagius qui ⁊ palacius dicitur eſt gemma
coloris rubei valde lucide materie ⁊ ſub/
ſtãtie valde tranſparẽtis: ⁊ dicitur femina
carbũculi habens debilem colorem ⁊ virtutes eius
remiſſas: ſicut femina ſe habet ad marem: ⁊ quidã
dicunt quod eſt domus eius: ⁊ ideo palatium car/
bũculi vocatur. Generatur enim frequenter carbũ/
culus in loco iſto: ⁊ iam viſum eſt hoc noſtro tem/
pore ꝙ in lapide vno exterior pars fuit balagius: ⁊
interior carbũculus: propter qd Ariſt. hunc lapidem
dicit eſſe de genere carbũculi.

Borax vt quidam dicunt lapis eſt qui ita dicitur
a buffone ꝙ in capite ipſum portat: ⁊ eſt duorũ ge/
nerum: vnum album aliquantulum fuſcum aliud ni/
grum: ꝙ ſi viuo palpitanti buffone extrahitur in me/
dio habet oculum quaſi ceruleum: de quo dicunt ꝙ
glutitus ſordes purgat inteſtinoꝝ ⁊ ſuperfluitates
⁊ tꝑibus noſtris extractus eſt de buffone paruus vi/
ridis. Aliquos ẽt vidimus buffones habentes in ſe
depictos qui de hoc genere dicebãt: vulgariter aũt
crapodine dicuntur hi lapides.

Berillus aũt ẽ lapis coloris pallidi lucidi trãſpa/
rentis: ⁊ ideo ſuperius diximus quando inuoluitur
in eo videtur moueri aqua ſm plurimũ generatur in
india ſicut multe aliarum gẽmarum. Sunt aũt mul/
ta genera ⁊ modi in ſpecie lapidis iſtius ſed melius
eſſe fertur qui magis pallet ⁊ plures hꝫ guttas: que
videntur in ipſo manere. Fertur aũt operari ꝯ peri/
cula hoſtium ⁊ contra lites: ⁊ reddere inuictũ. Mi/
tem ẽt in moribus dicitur efficere ⁊ ingenium bonũ
dare. Medicoꝝ ẽt quidam dicunt ꝙ valet contra pi/
griciam ⁊ epatis dolores ⁊ cõtra ſuſpiria ⁊ eructa/
tiones: ⁊ ꝙ valet oculis humidis. Expertum eſt. n.
ꝙ quando rotundatum eſt oculo ſolis opponitur:
adurit ignem accendit. Dicunt ẽt aurifices ꝙ ꝯiugiũ
cõciliat inter maritum ⁊ vxorem.

Cap. iij. de incipientibus. a. littera. c.

c Arbũculus qui grece antrax ⁊ a nõ nullis
rubinus vocaĩ lapis perlucidiſſimus ⁊ ru/
bicundiſſimus ⁊ ſolidus eſt habens ſe ad
alios lapides ſicut habꝫ aurũ ad cetera metalla: hic
plus omnium alioꝝ lapidũ virtutes habere di/
citur ſicut ⁊ ſuperius diximus. Spãlis tamen effect⁹
eius eſt venenum aereum ⁊ vaporoſũ fugare: ⁊ qñ
vere bonus ẽ lucet in tenebris ſicut carbo ⁊ talẽ vidi
ego. Quando aũt minus bonus eſt ⁊ tamen verus
emicat in tenebris ſuperfuſa aqua clara ⁊ limpida i
vaſe nigro mundo polito. Qui aũt nullo mõ lucet i
tenebris hic non hꝫ nobilitatẽ perfectam: ſm autem
plurimũ ſui inuenitur in libia: ⁊ lꝫ habeat plures dif/
ferentias vt ait Euax qui dicit eũ habere vndecim
ſpecies: tñ Ariſt. vt conſtantinus refert dicit eum ha/
bere tres ſpẽs: quas ſupra numerauimus. ſ. balagiũ
granatum ⁊ rubinum: ⁊ quod multi miranĩ dicit in
eis precellere granatum qui tamen minoris valoris
apud gemmarios extimatur.

Calcidonius aũt lapis eſt pallidus fuſcus aliquã/
tulũ obſcurus: hic ſi perforatur ⁊ cum virtute lapi/
dis qui ſineris dicitur collo ſuſpendatur: dicitur va/
lere cõtra illuſiones fantaſticas ex melancolia exor/
tas: facit etiam ꝯuincere cauſas ⁊ virtutes corporis
ꝯſeruat ⁊ hoc vltimum eſt expertum.

Calcaſanos lapis eſt nigri coloris cuius virtus
vocem clarificare dicitur ⁊ raucedini mederi.

Ceraurum lapis eſſe fertur criſtallo ſimilis inſe/
cto colore ceruleo qui dicitur cadere aliquando de
nube cum tonitruo ⁊ inuenitur in germania ⁊ hyſpa/
nia: ſed hyſpanus eſt candens vt ignis prouocat dul/
ces ſomnos vt dicunt ⁊ ad prelia ⁊ cauſas vincẽdi
⁊ contra periculum tonitrui dicitur operari.

Celidonius duas habet ſpecies: vnus eſt niger al/
ter ruffus inuenitur trahuntur autem ambo de ven/
tre yrundinis. Ruffus autẽ inuolutus pãno lineo vł
corio vitulino ⁊ ſub ſiniſtra aſſella geſtatus dicitur
valere contra inſaniem ⁊ antiquos languores ⁊ lu/
naticam paſſionem. Et Cõſtantinus dicit eum vale/
re ꝯ epilenſiam p̃dicto modo geſtatum. Euax autẽ
refert ꝙ facundum gratum ⁊ placentem reddit. Ni/
ger aũt vt Joſeph dicit contra nociuos humores ⁊
febres ⁊ iras operaĩ ⁊ minas. Et lotus aqua oculos
ſanat ad finem ẽt inceptum perducit negociũ ⁊ ſi in/
uoluatur folijs celidonie herbe dicitur obfuſcare vi/
ſum. Sunt aũt hi lapides p̃ui valde ⁊ tales iam vi/
dimus per ſocios noſtros de ſtomacho yrundinum
extractos in mẽſe auguſti: tunc. n. abſtracti magis va/
lere dicuntur vt frequenter aũt ſemper duo ſimul in
vna yrundine inueniuntur.

Celonites lapis eſt purpurei coloris: ⁊ dicitur in
corpe teſtudinis inueniri: qꝛ quedã ſunt maxime te/
ſtudines hñtes domos que ſunt ſicut margarite nitẽ/
tes. Dicitur aũt apud diuinatorẽ ꝙ facit eum qui ge/
ſtat ẽuomere ſub lingua hanc aũt virtutẽ nõ dicitur
habere niſi cũ luna primo eſt accenſa ⁊ creſcens: ⁊
monoydes. Et iterũ cũ eſt vigeſimanona monoydes
in vltimo decreſcens: dicitur aũt hic lapis ab igne
non corrumpi.

Cegolites lapis eſt in colore ⁊ q̃titate ſimilis oſſi
oliue de quo referunt quod eſt expertum ⁊ diſſolu/
tus in aqua ⁊ raſus ⁊ ſic hauſtus diſſipat lapidem
in renibus ⁊ veſica.

Corallus lapis eſt duarum ſpecierum a mari ſi/
cut ſuperius diximus extractus ⁊ p̃cipue a mari qd
eſt circa marſilium: vna eius ſpẽs ẽ rubea ſicut ebur
antiquũ: alia võ alba figuratur ad modũ ramuſcu/
loꝝ plantaꝝ: ⁊ quo expertũ eſt ꝙ valet ꝯ quẽlꝫ flu/
xum ſanguinis. Dicitur ẽt collo ſuſpẽſus valere ꝯtra
epilenſiam

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

epilensiam: ⁊ ꝯ operatiões menstruoꝝ: ⁊ ꝯ tẽpestates fulmina ⁊ grandines. Et si pulverizet ⁊ sup herbas ⁊ arbores aspergatur cum aqua fertur fructus multiplicare. Referunt etiam ꝙ principia expedit ⁊ fines negociorum.

Corneleus aũt quem quidam corneleum dicũt lapis est coloris carnei hoc est rubei: abscindit sicut lotura carnis: hic apud rhenum flumen invenitur frequentissime: ⁊ est valde rubeum habens fere colorẽ sicut minimum ⁊ quando politur multũ micat. Expertum aũt est ꝙ constringit sanguinem: ⁊ ꝑcipue menstruorum ⁊ emoroydaꝝ: fert ẽt iras mitigare.

Crisopassus lapis ab india veniens ⁊ raro invenitur ꝓpter qḋ ⁊ carus extimatur. In colore etiã est quasi sit ex succo piri coagulatus: habens auri guttas intrinsecas: ꝓpter quas ⁊ tale nomen accipit: ⁊ crisos aurum sonat in greco ⁊ multam similitudinẽ habet cum crisolito.

Crisolitus lapis est in colore habens tenuem viriditatem lucidam in qua ad oculum solis micat sicut stella aurea: ⁊ nõ est rarus: dicitur aũt venire de ethiopia. Expertum aũt est ꝙ spũalia ꝯfortat: propter qḋ tritus asmaticis datur. Fert ẽt ꝙ perforatus ⁊ setis asini in foramine repletus ⁊ brachio ligatus sinistro fugat terrores ⁊ melãcolias passiões: ⁊ hoc dicitur in phisicis ligaturis: ⁊ in auro ẽt positus ⁊ gestatus fugat fantasmata vt dicunt: stulticiã ẽt repellere: ⁊ sapientiam cõferre perhibetur.

Cristallus lapis est qui aliquãdo fit vi frigoris vt dicit Arist. aliqñ aũt in terra sicut sepe expti sumus in germania: vbi multi inveniunt: vterq; aũt modus gñationis facile ex superiorib⁹ erit manifestus. Hic frigidus oculo solis opposit⁹ ignẽ eijcit sed si calid⁹ sit hoc perficere nõ põt: cuius rõnem dedimus in libro de causis ꝓprietatũ eltoꝝ ⁊ planetaꝝ. Dicitur ẽt sitim restringere sub lingua positus ⁊ expertuz est qḋ tritus cum melle mixtus receptus a mulieribus replet vbera lacte. Crisolitus gẽma est colore aurei: ⁊ in horis matutinis visu pulcherrimus est. In alijs aũt horis dissimilis: ab igne aũt corrumpitur ⁊ fugatur ⁊ vt quidã dicunt inflammatur: ⁊ ideo timere ignem dicit. Dicunt aũt quidã qḋ aliud est genus istius lapidis quod est lapidis ignobilis substantie incorpatum: ⁊ hoc nõ est verũ: sed hoc est marchasita aurea que mediũ quodãmõ est iter metalla ⁊ lapides: sicut nos in seqũtib⁹ ostendemus. Dicit aũt tertium genus istius lapidis esse colore mediũ inter ceruleum ⁊ rubeum: vniuersaliter aũt dicitur hic lapis tritus scabiem curare ⁊ vlcera. In manu gestat⁹ calorem febris mitigare habet.

Crisopagiõ gẽma est ab ethiopia veniens hic dicitur lucere in tenebris ⁊ euanescere a lumine supueniente: ita qḋ nõ retinet nisi colorem ebetem obscuro ⁊ quasi subtenui colore operti auri: ⁊ fit in ipso ẜm diuersitatem luminis ⁊ tenebraꝝ reciprocatio coloris nõ determinati: velut in quercu putrefacta ⁊ noctiluca. De omnib⁹ autẽ his in libro de anima dabimus rõnem perfectam ⁊ veram.

Cap. iiij. de nominib⁹ lapidum a quarta littera q̃ est. d. incipientium.

Diamon ferunt aũt quidã lapis demonis vocari lapis bicolor vt archus demonis qui yris vocatur. Et cõferre hunc dicũt febricitantib⁹: ⁊ venenosa pellere ⁊ tutũ ⁊ victorem reddere. Est aũt diamõ dictũ ꝙ grece intellectus vel stellã claram scintillantem sonat.

Diacodos aũt lapis pallidus dicitur esse aliquãtulum berillo similis: dicitur aũt in tantũ fantasmata excitare ꝙ magi maxime hoc vtũtur tamẽ applicatus defuncto in tantũ vires amittit ꝙ mortez horrere perhibeatur. Horum aũt rõ que põt haberi ex libris magorum Hermetis ⁊ Ptolomei Thebith Bencherath habet de quib⁹ nõ est pñs intentio.

Dionisia lapis est niger vt ferruz intermicans rubeis guttis ⁊ spirat vinum: ⁊ odore ipsius vini fugatur ebrietas quod mirabile multis apparet. Causa aũt: qꝛ vinum nõ odore sed vapore oppilando inducit debilem ebrietatẽ: lapidis aũt odor simplex aperitiuus est ⁊ expulsiuus vaporis vini.

Diaconides aũt lapis est a capite draconis extractus: ⁊ fertur ab oriente vbi sunt dracones magni. Est aũt virtus efficax eius sicut ⁊ boracis: quãdo õ viuo dracone adhuc palpitante extrahitur. Insidiatur aũt draconibus dormientibus ⁊ subito scisso capite draconis adhuc palpitante euellũt lapidẽ. Anime. n. actus multa confert his etiã superfluitatib⁹ q̃ generantur in animalibus: ⁊ mortis corruptio alterat ea quando naturali morte corruptis humoribus moriuntur: vel quando mortua ⁊ corrupta occisa iacuerunt. Ego aũt in partibus alamanie in sueuia vidi lapidem super quem conuenerant plusꝙ quingenti serpentes inter montes in quodam prato: ⁊ cũ trãsitum faceret ibidem dominus terre sui milites euaginatis gladijs sciderunt serpentes in multa frustra in fundo tamen quidã magnus serpens iacuit in multas partes scissus: ⁊ sub capite serpentis inuentus ẽ lapis niger formatus vt piramis abscissa non pluchidus in circuitu colore palido: pulcherrimuz habẽs descriptum serpentez. Et hunc lapidẽ mihi ab vxore illius nobilis presentatum cum capite serpentis eiusdem ego habui. Dicitur aũt venenum fugare ꝑcipue que sunt ex incessibus venenatoꝝ animaliuz: victores etiam dicunt efficere.

Cap. v. de incipientibus a littera. E.

